Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31266

Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

stomacho non digeritur, restat eiciendum, sed non effluit in secessum.
Contra vero quod dominus ait: omne quod in os intrat in ventrem vadit
et in secessum emittitur, non de spirituali sed de carnali dicen-
dum est. Quod si forte secessus vel vomitus pro sola excre- nota hic
tione evenerit, ex accidentalibus humoribus generatur, cum in-
du [illegible] absque cuiuslibet cibi materia vel effluat
in secessum vel emittantur ad vomitum. Denique quod ad nos
servat per omnia corruptibilem cibi similitudinem, sed quod ad
se non amittit inviolabilem eius veritatem. Species vero corro-
ditur et maculatur, sed veritas numquam corrumpitur aut exsiccatur (?).
Si quando tale quid videris, noli timere sibi, sed esto solli-
citus ne forte tu ledaris si male credideris. De hoc
et alio accipies et hunc specialiter eius nota qui ibi continetur po-
tentia [illegible] et eadem tunc et nunc et hic et alibi V.
sacrificatur ab omnibus, totus est in celo, totus est in altari, sic
et sedens ad dexteram patris et manet sub specie sacra-
menti adhuc in [...] super [...] Remigio et [...] i Reali
Orat pia mater ecclesia non solum pro vivis, verum etiam pro defunc-
tis, et eos deo patri sacre oblationis intercessione commendat,
credissime credens quod sanguis ille preciosus qui pro mul-
tis effusus est in remissionem peccatorum non solum ad salu-
tem vivorum verum etiam ad absolutionem valeat defunctorum.
[...] Cabilon concilium statuit ut in omnibus missarum sol-
lempniis loco competenti, videlicet in hoc loco secrete,
ut in diebus non sollempnibus et dominica non die ob rei X.
[...] dominica die recte credunt habere ecclesia nota hic
pro defunctis dominum deprecetur. Augustinus: Non sunt pretermit-
tende supplicationes pro spiritibus mortuorum, quod facere